9. Anweisungen für die Servientes beim Justitiar vom 4. Oktober 1277; RA. n. 31 (Carolus I 1278 D) fol. 50b.

145

~~[illegible]~~

Am Rande: Pro curia.

Scriptum est universis stipendiariis balistariis et aliis servientibus tam equitibus quam peditibus cum Johanne Scotto iusticiario Aprucii fideli nostro per nostram curiam deputatis etc.

Fidelitati vestre sub obtentu gracie nostre firmiter et districte precipiendo mandamus, quatinus Johanni Scotto iusticiario Aprucii fideli nostro in omnibus, que honorem maiestatis nostre respiciunt, parere firmiter et intendere debeatis, ita quod vos ~~coniunctos~~ coniunctos vel divisim secum retinere, in certis locis ponere et alibi pro nostris serviciis, ubi melius expedire viderit, valeat destinare; mandatum in hac parte nostrum taliter impleturi, quod vos inobediencie pena non feriat, set de obediencia possitis merito commendari.

Dat. Melfie IIII. octobris VI. ind. [1277]